

Nunc vide, quid differat inter meam opinionem ac tuam!¹ Num tu, homo stultissime et amentissime, tabulas cum conficeres et cum extraordinariae pecuniae crimen pecuniae subterfugere velles, satis te elapsurum esse omni suspicione **arbitraris**² [arbitrabare, si...(4 Zeilen ausgelassen)]? An tuis solis tabulis te causam dicturum existimavisti? Verum ad illam iam praeclaram praeturam veniamus criminaque ea, quae his, qui adsunt, notiora sunt quam nobis, qui [meditati ad dicendum paratique] **parati ad dicendum** venimus; quibus in rebus non dubito quin offensionem negligentiae vitare atque effugere non possim. Multi enim ita dicent: "De illo [nihil dixit], in quo ego interfui, **nihil dixit**; illum iniuriam [non attigit], quae mihi aut quae amico meo facta est, **non attigit**." His omnibus, qui istius iniuras **no**verunt, hoc est populo Romano universo, me **ve**hementer excusatum volo: non negligentia mea [fore fore, ut] **multa praetereo** [praeteream], **sed** quod alia testibus integra reservari **volo** [velim], multa autem propter rationem brevitatis ac temporis praetermittenda **existimo** [existimem]. Fatebor etiam illud invitus me prorsus omnia, quae ab isto commissa sint, non potuisse cognoscere. Quapropter ita me de praeturae criminibus auditote, ut ex utroque genere, et iuris dicendi et sartorum tectorum exigendorum, ea postuletis, quae maxime digna sint eo reo, cui parvum ac mediocre obici nihil oporteat. **Nam**³ **ut praetor factus est**, qui auspicato a Chelidone surrexisset, **sortem urbanae provinciae nactus est magis ex sua Chelidonisque quam ex voluntate populi Romani**. Qui principio, qualis in edicto constituendo fuerit, cognoscite! **Cognoscite, qualis iste principio in edicto constituendo fuerit.**

<p>BLAU: originaler Text, der im Prüfungstext verwendet wurde ROT: Veränderungen und Ergänzungen GRÜN: umgestellter Originaltext SCHWARZ: ausgelassener originaler Text</p>

¹ Dieser Satz stammt aus einer anderen Rede: pro Flacco.

² Dieses ist ein grober Tempusfehler: die Form *arbitrabare* = *arbitrabaris* ist Imperfekt.

³ Dieses *nam* ergibt dank der Auslassung keinen Sinn mehr.